

Beiheft

2

S 13

1271 (1270) März 16 Münster.

[44]

Bischof Gerhard von Münster befundet den Verkauf einer Hufe im Käpl. Öster-
wick an das Kloster Barlar.

G[erardus], Dei gratia ecclesiae Monasteriensis episcopus, omnibus praesens
scriptum visuris notum esse cupimus, quod constituti in nostra praesentia
Gerardus de Westerwinckle et Gerardus filius suus, Mechtildis soror prioris
Gerardi cum Adolpho filio eius et Hermanno de Sendene secundo suo marito
recognoverunt publice, se quondam bona sua, mansum videlicet Bac, situm
in parochia Osterwick nostrae diocesis, dilectis in Christo religiosis viris,
praeposito et conventui monasterii in Varlare vendidisse legaliter puro pro-
prietatis jure [pro] decem et octo marcis numeratae sibi pecuniae, mansum
eundem cum universis eius attinentiis simpliciter et absolute resignantes et ab-
renunciantes deinceps omni iure, quod ipsis competit vel competere poterat
in praedictis. In cuius rei notitiam et munimenta praesentes litteras impressione
nostru sigilli fecimus roborari. Acta sunt haec solemniter Monasterii, praes-
sentibus nobili viro Conrado de Velen; item Wescello de Lembecke, Bittero
de Rethe, Mattheo de Novo Castro, Henrico et Siberto fratribus dictis
Norendin, Ottone de Sendene et Bernardo Brunen militibus et Gerardo
Brunen ac compluribus aliis, anno Domini M^oCC^oLXX^o, secunda feria post
dominicam Laetare, XVII tunc Kalendas Aprilis.

Kopie im Barlarer Käpiar S. 70.